



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quibus modis paradysus accipiatur. De ligno vitæ. De ligno scientiæ boni  
& mali. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi *Eod. lib. ca.*  
 sunt, ubi præcessit ille, qui non potest falli. Si ergo *18. ad prin.*  
 factus est Adam non secundum inferiores causas,  
 quia non erat in rerum causis seminalibus, ut ita  
 fieret: sed secundum superiores, non contra natu-  
 ram operantes: quia in rerum causis naturalibus  
 erat, ut ita posset fieri.

*Quod homo extra paradysum creatus, in paradyso  
 sit positus: & quare ita factum sit.*

E

Hominem autem ita formatum tulit Deus, ut *Genes. 1. d.*  
 scriptura docet, & posuit in paradyso voluptatis, *Aug lib. de*  
 que platurat à principio. His verbis aperte Mo- *Gen. ad li-*  
 yses insinuat, quod homo extra paradysum creatus. *teram 8. ca.*  
 postmodum in paradyso sit positus: Quod ideo fa- *in princ.*  
 ctum dicitur, quia non erat in eo permansurus: vel  
 ut non naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur. Intelli-  
 gitur autem paradysus localis, & corporalis, in quo  
 homo locatus est. Tres n. generales de paradyso  
 sententiæ sunt. Vna eorum, qui corporaliter intelli-  
 gi volunt tantum. Alia eorum qui spiritualiter tan-  
 tum: Tertia eorum qui utroque modo paradysum  
 accipiunt. Tertiam mihi placere fateor, ut homo  
 in corporali paradyso sit positus: qui ab illo prin-  
 cipio plantatus accipi potest, quo terram omnem  
 remotis aquis, herbas, & ligna producere iussit.  
 Qui etiam præsentis Ecclesiæ vel futuræ typum tenet,  
 ad literam tamè intelligendum est esse locum  
 amoenissimum fructuosissimumque, magnum &  
 magno fonte fecundum. Quod dicimus, A princi-  
 pio: antiqua translatio dicit, Ad orientem. Vnde vobis  
 lunt in orientali parte esse paradysum, longo in- *Qualis sit*  
 teriacente spacio vel maris vel terræ, à regionibus *locus para-*  
 quas incolunt homines secretum, & in alto situ, *dysi & ubi.*  
 usque ad lunarem circulum pertingentem, unde  
 nec aquæ diluuii illuc peruenerunt.

*De lignis paradysi, inter quæ erat lignum vitæ &  
 lignum scientiæ boni & mali.*

F  
IN



*Beda & Stra-  
bus n. g. 1. 1.  
ad illud Ge.  
2. Lignum  
vitæ. Ibi pau-  
lo inferius  
ad id Gen. 2.  
Lignum sci-  
entiæ.*

*Aug. lib. de  
Gen. ad liti-  
ram. 8. c. 6.  
ad finem.*

*Aug. lib. 8. c.  
15. de Genesi  
ad literam  
na princip.*

*Aug. eod. li.  
8. cap. 13. ad  
princip.*

In hoc autē paradyso erāt ligna diuersi generis: in  
ter quæ vnum erat, q̄ vocatum est lignum vitæ:  
alterum verò, lignum scientiæ boni & mali. Lignū  
autē vitæ dictum est, sicut docet Beda & Strabus,  
q̄a diuinitus accepit hanc vim: vt qui ex eius fru-  
ctu cōederet, corpus eius stabili sanitate, & ppe-  
tua soliditate firmaretur: nec vlla infirmitate,  
vel etatis imbecillitate indeterius vel in occasum  
laberetur. Lignum autē scientiæ boni & mali, non  
à natura hoc nomen accepit, sed ab occasione rei  
postea secutæ, arbor n. illa nō erat mala, sed sciē-  
tiæ boni & mali ideo dicta est, q̄a post prohibitiō-  
nē erat in illa transgressio futura: qua homo ex-  
periendo disceret, quid esset inter obedientiæ bo-  
num, & inobediētiæ malum. Non ergo de fructu  
q̄ nasceretur inde, positum est illud nomen, sed de  
re transgressiōnē secuta. Cognouit n. homo prius-  
q̄ tangeret hoc lignum, bonum & malum: sed bo-  
num p̄ prudentiā & experientiam, malū vero p̄  
prudentiā tantum. Quod etiam p̄ experientiam  
nouit vsurpato ligno vetito: q̄a per experientiam  
mali didicit, quid sit inter bonum obedientiæ &  
malum inobediētiæ. Si vero primi parentes obe-  
diētes essent, nec contra p̄ceptum peccassēt, nō id  
eō tamē minus diceretur lignum scientiæ boni &  
mali, q̄a hoc ex eius tactu accideret si vsurpare-  
tur. A ligno ergo p̄hibitus est q̄ malum non erat,  
vt ipsa p̄cepti cōseruatio bonum illi esset, trās-  
gressio malum. Nec melius consideratur, quantū  
malum sit inobediētia q̄ hoc modo: cum scil. id-  
eō reus factus esse homo intelligitur, q̄a prohi-  
bitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigis-  
set, nec peccasset, nec p̄nā sensisset. Si vero ve-  
nenosam herbā p̄hibitus tetigerit, p̄na sequitur:  
& si nemo p̄hibuisset, similiterq̄ sequeretur. Sin-  
etiam p̄hibetur restangi, quæ non tangenti tan-  
tum, sed p̄hibenti obest, sicut aliena pecunia; ideo  
pro-



prohibitum est peccatum, quia prohibenti est dam-  
nosum. Cum vero tangitur, quod nec tangenti obest,  
si non prohibetur, nec cui libet si tangatur: & ideo  
prohibetur, ut per bonum obediētiam, & malum inobedi-  
entiam monstratur. Sicut primus homo à re bona prohibi-  
tione penam incurrit: ut non ex re mala, sed ex inobedi-  
entia pena esse monstratur, sicut ex obediētia palma.

## DE FORMATIONE MULIERIS.

## DISTINCT. XVIII.

A

**I**N eodem quoque paradyso mulierem formavit  
Deus de substantia viri: sicut post plantatum pa-  
radysum, hominemque in eo positum, & post uni-  
uersa animalia ad eum ducta, suisque nominibus de-  
signata, subnectit scriptura. Immo et Deus soporem  
in Adam. Cumque obdormisset, tulit unam de co-  
stis eius, & formavit eam in mulierem.

Genes. 2. d

*Quare virum prius & postea de viro mulierem  
creavit, non simul virumque.*

B

Hic attendendum est quare non creavit simul vi-  
rum, ac mulierem, sicut angelos: sed prius virum, de-  
inde mulierem de viro. Ideo quod scilicet ut unum esset ge-  
neris humani principium, quatenus in hoc & su-  
perbia diaboli confunderetur, & hominis humili-  
tas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe  
aliud à Deo principium esse concupierat. Ideoque  
ut eius superbia retunderetur, hoc homo in mu-  
nere accepit, quod diabolus peruersè rapere voluit, sed  
obtinere non potuit. Et per hoc imago Dei in homine  
apparuit: quia sicut Deus omnibus rebus existit  
principium creationis, ita homo omnibus homi-  
nibus principium generationis. Ideo etiam ex uno  
homine omnes esse voluit Deus, ut dum cognos-  
cerent se ab uno esse omnes, se quasi unum amarent.

Aug. li. 12. de  
ciu. Dei c. 26  
& ult. in fi.  
notom. 5.

*Quare de latere viri, non de alia corporis parte  
formata sit.*

Aug. li. 9.

G de Genes. ad

Cum autem his de causis facta sit mulier de viro,  
non de qualibet parte corporis viri, sed de latere eius

litar. c. 13.

forma-